

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor bq
cum fonte primo

Cupio omnia que scio in alium transfundere
et in hoc aliquid gaudeo discere ut doceam,
nec me ulla res delectabit,
licet sit eximia et salutaris
quam michi uni secuturus sum.
Si cum hac exceptione detur sapiencia
ut illam inclusam teneam, nec enunciem reiciam.
Nullius boni sine socio iocunda est possessio.

Seneca XXVII. epistola.

Ego vero omnia in te cupio transfundere,
et in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam;
nec me ulla res delectabit,
licet sit eximia et salutaris,
quam mihi uni sciturus sum.
Si cum hac exceptione detur sapientia,
ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam:
nullius boni sine socio iucunda possessio est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 6.4 (L. Reynolds ed., vol.1, p.10, ll.22-27).